DECRETA
CXXIV.
S.R.C. EMANATA

Ab Anno MDLXXXVIII.
Uſque ad Annum MDCCV.

ET AD CLERI

Comodum Collecta hoc
preſenti Anno 1707.

BIBLIOTECA NAZ. ROMANA VITTORIO E.

FLORENTIÆ. MDCCVII.

Typis Vincenzij Vangeliſti. *Superioriorum. licentia.*

Digitized by Google

DECRETA S. R. C.

I.

1588. 8. *Novēb.* PArochus ſecularis audiens Confeſſiones tenetur deferre ſuperpelliceum, & Stolam.

II.

1591. 6. *Aug.* Fer. 5. in Cęna Domini, & Fer. 6 in Paraſc Proceſſ. cum Hoſtia in Calice reſervata non fiat extra *Eccleſiam*.

III.

1596. 22. *Mart.* In Paraſc. non poteſt fieri noćte Proceſſ. cum Euchariſt.

IV.

1599. 10. *Novemb.* In eo Altari ſub quo, vel ſub cuius Bradella humata ſunt Corpora Defunćtor. non debet celebrari Miſſa donec alið transferantur.

V.

1602. 23. *Novemb.* Non poteſt fieri mutatio ritus, ut ſcilicet dup. rit. celebretur Feſtum, quod aliter ſimplici ritu, vel ſemidup. decretum eſt.

1607.

VI.

1607. 17. *Novemb.* In Altari privati Oratorii cui conceditur ex priv legio Apoſtolico celebratio Miſſæ exceptis ſolemnioribus Feſtis non poteſt in eis celebrari in Nat. Dom. ; Epiph. Paſch. Pent. , Annunciat. , Aſſumpt. B. M. V. Feſt. SS. Ap. Petri , & Pauli , & Omn. Sanct. *Nomine Paſch. & Pent. intelligitur prima dies tant.*

VII.

1608. 27. *Sept.* S. R. C. iuſſit Comunionem Cleri in Miſſa Solemn. fer. 5. in Cęna Domini in memor. quod Chriſtus comunicavit Apoſtolos quod eſt ſervandum .

VIII.

1609. 2. *Mart.* Nullis in Eccleſijs tam Secular. ; quam Regular. in ſab. Maior. Hebdom. Campanæ pulſentur niſi prius à Cathedrali in Civit. & à Plebana in Diœceſi id præſtitum fuerit .

IX.

1610. 30. *Jan.* Fer. 5. in Cœna Domini Diaconus repoſito Sacramento in Capſula clavem dabit illi , ad quem ſpectat , non enim videndus eſt Calix à Populo , & multo minus Hoſtia patere debet Populo , neque dari debet clavis Laico quantumvis Nobili .

 1612.

X.

1622. 19. *Febr.* Solis infirmis poteſt adminiſtrari SS. Euchariſtiæ Sacrament. fer. 6 in Paraſc.

XI.

1622. 19. *Novemb.* Miſſę certis Regularibus conceſſæ tant (puta de SS. Ordinis eorum, aut alijs, quæ non habentur in Miſſali Rom.) non poſſunt ab alijs dici, nec etiam in ipſorummet Regul ar. Eccleſ., ſed in tali caſu debent dicere Miſſam de Communi, vel de prop., quæ aſſignantur in Miſſali Rom. & hoc idem ſtatutum eſt ab eadem S. R. C. die 20. Novemb. 1628. pro Cappellanis Secularibus proprijs Monialium, quæ Dom non utuntur Breviario in ipſarum Eccleſijs celebrantibus.

XII.

1626. 8. *Mart.* In Officio parvo B. V. M. non addit. Allel. temp. Paſchali.

XIII.

1627. 28. *Aug.* Si Superior decernat quotidie dicendam Orationem E. G. *Deus refugium*, tunc vel additur uti com. in Dup. Semid. & Dom., vel dicitur 3 loco ad libit. non dic. tamen in Feſtis: Claſſ. 1 nec in Dom. Palm. & Vig. Pent. in dup. vero 2. Claſſ. omitt. ſaltem in Miſſ. Solemn ad in tar com. S. ſimp., ſed obſervandum eſt quod propt. hanc Orat. non licet omittere eas, quæ in Miſſali ſingillatim aſſignantur.

XIV.

1627. 28. *Aug.* In fine Miſſæ ad quocumque Altare celebrata fit reverentia Cruci infra gradus capite diſcooperto.

XV.

1628. 28. *Oct.* Miſſæ 30. pro Defunct. a S. Gregorio approbatæ non includuntur in Miſſis prohibitis ex declarat ore S. R. C., ſed tria notanda ſunt I. non eſt neceſſe ut idem per menſem celebret diebus 30., ſed ſufficit ſi offeratur Hoſtia per menſem ſive ab uno ſive a pluribus. II. ſufficit offerre Sacrificium, non autem omnes Miſſæ dicendæ ſunt ritu proprio pro Defunct. in diebus enim interpoſitis impeditis debent dici de Officio. III. continuis diebus fieri debent [remota ſuperſtitione) neque diſcontinuantur ob triduum Maior. Hebdom. quo exprobato Eccleſiæ uſu, non debent celebrari.

XVI.

1630. 16. *Febr.* Ne fiat Concio coram Sacramenmento in Altari, expoſito capite tecto.

XVII.

1638. 16. *Oct.* Si Feſt. SS. Corp. Chriſti inciderit in Vig. S Io. Bapt. jeiunium celebretur in fer. 4 proximè præcedenti, de Vigilia vero nihil eo anno fiat.

XVIII.

1640. 12. *Apr.* Ille idem, qui benedicit Cineres prima die Quadrageſimæ, vel Candelas in Feſto Purificationis, aut Ramos in Dominica Palmarum debet etiam cantare Miſſam ſequentē.

XIX.

1642. 13. *Sept.* Feſt. de Patrono Principaliori loci eſt præceptivum cum obligatione audiendi Miſſam, & vacandi ab operibus ſervilibus.

XX.

1643. 10. *Febr.* In Miſs. votivis de Paſſione, vel de Cruce, quæ dicuntur infra Hebdom. Paſſionis non eſt omittendus Pſal. *Iudica me Deus*. neq. *Glor. Patr.* ad Introit. & *Lavabo*, licet hæc omnia ommittantur in Miſſa de tempore.

XXI.

1662. 8. *April.* Regulares tenentur quidem celebrare Feſt. Dedic. Eccleſię Cathedralis, ſed ſub rit. dup. 2. claſſ. ſine Oct.

XXII.

1662. 5. *Aug.* In Feſt dup. non poſſunt dici Miſ. vot., privatæ, aut de Requiem Hoc Decretum intelligi debet etiam de Feſto dup. translato.

XXIII.

1662. 5. *Aug.* Non ſunt transferendæ Miſſę privatæ, aut de *Requiem*, quæ ex Benefactorum præſcripto celebrandæ incidunt in Feſtum dup., ſed dicendæ ſunt de Feſto currenti cum applicatione Sacrificij iuxta mentem Benefactorum.

XXIV.

1663. 4. *Aug.* Paſſio in Hebdom. maiori legenda eſt in Miſſis privatis in Cornu Evangelij, licet in Miſſa Solemni legatura Celebrante in Cornu Epiſtolæ.

XXV.

1663. 4. *Aug.* Non ſolum Cruces, & Immagines Salvatoris, ſed etiam Icones Altarium, & omnes aliæ Imagines SS. tegendæ ſunt in 1. Veſp. de Dominica Paſſionis.

XXVI.

1663. 4. *Aug.* Hebdomadarius in decantandis Horis Canonicis, non debet uti Stola.

XXVII.

1663. 4. *Aug.* Manus Sacerdotis ad *Hanc igitur oblationem* debent ita extendi ut Palmæ ſint apertæ pollice dextro ſuper ſiniſtrum, in modum Crucis ſupra manus, non vero infra manus.

XXVIII.

1663. 4. *Aug.* Cruces, quæ fiunt à Sacerdote ſuper oblata non ſunt faciendæ manu tranſverſa, ſed manu recta in tranſverſa parte Crucis.

XXIX.

1663. 4. *Aug.* Pars inferior Hoſtiæ non vero ſuperior præcicenda eſt quando dicitur *Pax Dom. ſit ſemper vobiſcum.*

XXX.

1663. 4. *Aug.* Licet Epiſcopus non celebret, ſed tantum aſſiſtat Miſſæ Solemni Celebrans debet ad Confeſſionem reſpondere Epiſcopo uſque ad *Indulgentiam* incluſive; non vero ſimul cum illo dicere *In Nomine Patris, &c.*

XXXI.

1663. 4. *Aug.* Finito Evang. Miſſæ Solemn. cui aſſiſtit Epiſcopus cum Cappa thurificandus eſt Celebrans non vero Epiſcopus.

XXXII.

1663. 4. *Aug.* Sacrificia in die Commemor Omn. Fidel. Defunct. poſſunt applicari ad lib. ſcilicet tum in genere pro omnibus, tum in ſpecie pro aliquibus Defunctis.

XXXIII.

1663. 4. *Aug.* Canonici Pluviali, Planeta, Dalmatica, vel Tunicella induti non poſſunt deferre Almucias: Canonico vero defuncto etiam Sacris Veſtibus induto imponi poteſt Almucia ſuper brachium.

XXXIV.

1663. 4. *Aug.* Poſſunt Canonici Miſſam celebrare cum Anulo aureo, & de rigore uti, ſed ſine gemma, & ſine aliqua effigie.

XXXV.

1664. 20. *Apr.* Non licet in media nocte Nat. Domini celebrare ſucceſſivè alias duas Miſſas, & in eis Sacram Comunionem exhibere Fidelibus, ſed utrumque omnino prohibitum.

XXXVI.

1664. 15. *Sept.* Dum in Choro recitantur Horæ Canonicę non debent exire Miſſę privatæ ad Altare Maius; & hoc etiam deciſ. fuit 2. Mart. 1620.

XXXVII.

1664. 22. *Nov.* Anniverſaria, & Miſſæ de *Requiem* quæ ex diſpoſitione Teſtatorum cum Cantic. ſunt quotannis celebrandæ poſſunt cantari etiam ſi ipſorum obitus inciderit in Feſt. dup. mai.

XXXVIII.

1666. 17 *Febr.* In Eccleſijs ubi titulus eſt Eccleſiæ, vel concurſus Populi ad celebrandum Feſtum, quod transferri debet poſſunt cantari duæ Miſſæ, una de die poſt Tertiam, altera de Feſto poſt Nonam; excepta Dom. 1 Adventi Fer. 4 Cin. Dom. 1 Quadr. Dom. Palm. cum tota Maiori Hebdomada; Dom. Reſurrect. & Pent. cum duobus ſeqq. diebus, Die Nat. Dom. Epiph., Aſcenſ., & Feſto Corp. Chr.

XXXIX.

1666. 17. *Febr.* Quando exponitur SS. Sacrament. in Altari pro initio 40. horar. cantari debet Miſſa vot. de Sacr. non autem Feſtiva Corp. Chriſti, niſi infra Oct. eiuſd. acciderit caſus, & dic. una tant. orat. cum *Glor.*, *Credo*, & Præf de Nat., ſi vero accidat in Feſto 1. vel 2. claſſ. ſive in Dom. privileg. tunc in Colleg. vel duę cantantur Miſſę, una de Feſto, ſeu Dom. poſt Tertiam, altera vot. poſt Non. vel cantatur de Die cum com. SS. Sacramenti.

Digitized by Google

1666. 18. *Sept.* Si ſimul ſint transferenda Feſta S. Marci Evangeliſtæ, & SS. Apoſtolor. Philippi, & Jacobi prius reponatur Feſtum S. Marci, deinde Feſt. ss. Apoſtolorum.

XXXXI.

1668. 9. *Iun.* Sacerdotes tam Seculares, quam Regulares accedentes ad eas Eccleſias (etiam Monialibus) in quibus de aliquo ſpeciali Feſto, ſeu de *Sancto* ſuis Ordinis agitur dicere debent Miſſam de ipſo Feſto ibi occurrente, nam unuſquiſque tenetur celebrare pro qualitate Feſti, de quo agitur in Eccleſia, in qua celebratur.

XXXXII.

1669. 22. *Ian.* Miſſæ ſive ex obligatione, ſive ex ſola devotione ad Altare ex Indulto Apoſtolico pro Animabus Fidel. Defunct. privilegiatum tam in perpetuum, quam ad tempus, nec non pro aliquibus Hebdomadæ diebus, de Feſto duplici celebratæ ſuffragantur cum omnibus indulgentijs perinde ac ſi celebratę fuiſſent Miſſæ Defunctor. & hoc etiam poſtea deciſ. fuit 23. Septembr. 1669.

XXXXIII.

1669. 8. *Iun.* In Off. de die infr. Oct. ss. Corp. Chr. non legitur 9. lectio de S. ſimpl. Quod ſi Feſt. ſimplex occurrerit eo die quo fit de Feſto dup. infra eandem Oct. tunc non omittitur, ſed legitur 9. lect. de eodem ſimplici dummodo Feſtum illud non ſit dup. 1. Claſſ.

XXXXIV.

1670. 21. *Iun.* Infr. Oct. ss. Corp. Chr. non ſunt dicendæ Miſſę vot. privatæ, aut de *Requiem*.

XXXXV.

1679. 12. *Febr.* Simplices Sacerdotes non approbati ad audiendas Confeſſiones ſciant ſibi non licere, neque à venialibus abſolvere.

XXXXVI.

1679. 30. *Sept.* In aſperſione Aquæ benedictæ, quæ diebus dominicis fit à Sacerdote Alba, & & Stola, induto, ſive etiam cum Pluviali immediate celebraturo Miſſam Conventualem, Stola aptanda eſt ante pectus ad modum Crucis, non vero pendens à Collo ad utrumque latus.

XXXXVII.

1679. 30. *Sept.* Sacerdotes in die Cęnę Domini Sanctiſs. Chriſti Corpus ſumpturi poſſunt deferre Stolam vel ante pectus in formam Crucis, vel à Collo pendentem.

XXXXVIII.

1679. 30. *Sept.* Feſtum dup. occurrens ante Octavam non privilegiatam, non eſt transferandum poſt Octavam, ſed infra eandem celebrandum prima die non impeditam.

XXXXIX.

1679. 30. *Sept.* Miſſa aſſignata Feſtivitati Conceptionis B. M. V. non eſt dicenda in ſabbatis ut votiva.

L.

1680. 7. *Sept.* Officium particulare alicuius Diœceſis, vel Religionis, quod occurrit die 25. Februarij, eſt tranſferendum in Anno Biſextili ad primam diem non impeditam dummodo non ſit primæ Claſſis.

LI.

1680. 7. *Dec.* Officia Sanctorum, quæ alicubi ſuperſunt de Menſe Decemb. poſſunt transferri in annum ſequentem.

LII.

1680. 7. *Dec.* Occurentibus eadem die duobus Feſtis dup. infr. Oct. Corp. Chriſti non eſt de translato agendum die immediate ſequenti non impedita, ſed poſt Oct. niſi fuerit ex ſolemnioribus 1. Claſſ.

LIII.

1680. 7. *Dec.* Si occurrat Off. 9. lect. de pluribus Virginibus ſimul, & Martiribus eodem die quo cadit Feſt. ſimplex eiuſdem qualitatis ſervanda eſt pro commemoratione ſimplicis Antiph. *Iſtarum eſt enim.*

LIV.

1681. 11. *Ian.* Licet transferatur Feſt. Purificationis B. M. V attamen *Ave Regina Cęlorum* dicenda eſt die 2. Febr. poſt Complet. etiam in Eccleſ. prop.

LV.

1681. 1. *Mart.* Si transferatur Feſt. S. Luciæ in fer. 2. ratione Dom. privilegiatæ Veſp. erunt de die Oct. Concept. cum com. s. Luciæ.

LVI.

1681. 1. *Mart.* Quotieſcumque in ſabato ante Dom. privilegiatam Officium fuerit de 7. die infra aliquam Octavam Pſalmi Veſperarum erunt de Pſalterio, Capitulum de Dom. ſeq. cum ſola commemorat. de die Oct.

LVII.

1681. 1. *Mart.* In Proceſſionibus, quæ fiunt cum *SS.* Sacramento, qui incedunt ante idem *SS.* Sacramentum in occurſu, & tranſitu à latere eiuſdem debent facere genuflexionem dummodo videatur *SS.* Sacram.

LVIII.

1681. 1. *Mart.* In Proceſſionibus Candelar. Palmar. & ſimilium, quæ fiunt intra Eccleſias non eſt pulſanda Campanula ad elevationem *SS.* Corp. Chriſti in Miſſa privata, quod ſi pulſetur, & advertatur elevatio tunc genuflectendum utroque genu à tranſeuntibus ante Altare, ubi Miſſa celebratur, & depoſito *SS.* Sacramento progrediendum ſimiliter ſi alij tranſeant in elevatione Calicis.

LIX.

1681. 10. *Oct.* SS. D. N. Innoc. Papa XI. felicis recordationis cum ſuo Edicto *Romæ* evulgato juſſit non debere *Sacerdotes* in *Sacroſancto* Miſſæ *Sacrificio* minori ſpatio unius tertij horæ ſcilicet minut. 20. ad Altare permanere, & quod Miſſa incipiatur à *Sacerdotibus* una hora ante Auroram, & non prius, & altera hora poſt meridiem deberent iam eſſe finitæ.

LX.

1682. 24. *Ian.* Feſta ad lib. occurrentia in diebus Dominicis, Octavis, & Natalitijs *Sanctor.* alicuius Diœceſis, vel Religionis ſunt omittenda.

LXI.

1682. 24. *Ian.* Officia ad lib. occurrentia eo die in quo alias aliquod Feſtum translatum poni deberet, vel in quo agendum eſſet Officium conceſſum ſemel in Hebdomada, vel in Menſe poſſunt celebrari protracto ulterius ad aliam diem feſto translato, vel omiſſo Officio per Hebdomadam, aut per Menſem conceſſo.

LXII.

1682. 24. *Ian.* Regulares non tenentur recitare Officium de Patronis minus principalibus niſi ſint deſcripta in Kalendario Romano; vel in proprio dictor. Religioſor.

Digitized by Google

LXIII.

1682. 13. *Iun.* Si Feſtum ad lib. non potuerit celebrari, & habuerit etiam ritum ſimplicem de pręcepto eo anno non omittitur, ſed celebretur ritu ſimplici.

LXIV.

1682. 13. *Iun.* In repoſitione duorum, vel plurium Feſtorum ritum habentium eumdem, & die occurrentium diverſa attendatur prioritas translationis niſi attendenda ſit maior Dignitas

LXV.

1682. 18. *Nov.* Nemo poteſt asſignare diem fixum Feſtis translatis ſine ſpeciali licentia Sedis Apoſtolicæ. +

LXVI.

1683. 13. *Ian.* Si Feſtum S. Confeſſoris transferatur in proximè ſequentem diem Hymno *Iſte Confeſſor* nulla fiat mutatio Verſiculi, ſed dicatur *Meruit Beatas*, *&c.* dummodo primæ Veſp. non ſint impeditę.

LXVII.

1683. 20. *Mart.* Regulares tenentur celebrare ſub ritu dup. 1. Claſs. Feſta Patroni Principalis loci, ac Protectoris Civit. nec non Titularis Eccleſiæ Cathedralis, ſed ad eorum Octavam non tenentur.

1683.

LXVIII.

1683. 20. *Mart.* Officia affixa diebus Dominicis ut de SS. Roſario, & de Patrocinio B. M. V. ſi ſint impedita Feſto altioris ritus vel Dignitatis ſunt omittenda.

LXIX.

1683. 20. *Nov.* Si concedatur pro aliquo Feſto Ritus dup. ſine expreſſione Maioris, vel minoris, conceſſio intelligatur de duplici minori etiamſi ad honorem Deiparę facta fuerit.

LXX.

1684. 11. *Mart.* Oratio pro Officio, & Miſſa S. Andreæ Corſini *Deus qui in Eccleſia tua*, quæ vero incipit *Deus plebis tuæ miſerator* pro ſola eſt Diœceſi Feſulana.

LXXI.

1684. 13. *Iun.* In Eccleſ. titularibus B. M. V. facienda eſt in ſuffragijs com. de eadem B. M. V. non obſtante quod in Choro recitetur eiuſdem Offic. parvum.

LXXII.

1684. 23 *Sept.* In Feſto Nominis B. V. M. non eſt facienda commemoratio de eiuſd. Nativit. & in 2. Veſp. de Nat. cadentibus in ſabbato non eſt facienda commemorat. de Nomine eiuſd. B. M. V.

LXXIII.

1684. 2. *Dec.* Sola ratione SS. Sacramenti expoſiti non eſt dicendum Symbolum in Miſſis privatis.

LXXIV.

1684. 2. *Dec.* In Eccleſijs ubi eſt expoſitum *SS.* Sacram. poteſt fieri com. eiuſdem etiam in Miſsis privatis de Feſto dup. quod non ſit 1. vel 2. Claſs.

LXXV.

1684. 2. *Dec.* Durante expoſitione *SS. Sacra*menti non poteſt regulariter celebrari Miſsa de *Requiem*, neque cantari pro adimplenda mente Teſtatoris ſive Aniverſario ſatisfaciendo, licet currat Officium admittens huiuſmodi Miſsas. +

LXXVI.

1684. 2. *Dec.* Qui celebrat Miſsam de B. M. V. eodem die quo fit de aliquo Feſto ſemid. infra Oct. eiuſd. B. M. V. debet dicere Miſsam de Octava, ſed more votivo ſine *Gloria*, ſine *Credo* niſi fuerit ſabbatum, quia tunc dicenda erit *Gloria* ſine *Credo*. +

LXXVII.

1684. 2. *Dec.* In occurſu non poteſt transferri Officium proprium alicuius Diœceſis, vel Religionis ut eodem die agatur de Feſto ad libitum ne omittatur.

LXXVIII.

1684. 2. *Dec.* Non eſt omittenda una ex aſsignatis Orationibus in Miſsali velut *A cunct.*, ut eius loco dicatur aliqua Oratio imperata ab Epiſcopo ut *Deus refugium*, neque uti recitetur penultimo loco Oratio pro Defunctis. +

1684.

LXXIX.

1684. 2. *Dec.* Qui in ſabb. recitat Off. de B. V. M. ſi celebret Miſſam votivam de aliquo Sancto non debet dicere *Gloria*, neque Præfationes B. M. V.

LXXX.

1684. 2. *Dec.* Licet in illis Eccleſijs, in quibus adeſt inveterata conſuetudo cantandi Miſſam Vot. de B. M. V. ſingulis diebus ſabbati poſſit hic pius uſus ſeu Populorum de votio continuari etiam in ſabbathis Feſto dup. impeditis, non eſt tamen omittenda Miſſa Conventualis.

LXXXI.

1684. 2. *Dec.* Qui recitat Officium de Sancto, de quo habet inſignem Reliquiam in propria Eccleſia ſi celebret eo die in alia Eccleſia debet omittere *Credo*.

LXXXII.

1685. 15. *Sept.* Si Offic. Nominis B. M. V. venerit in die octava Nativitatis eiuſdem Officium erit de Nomine omiſſa in utriuſque Veſperis, & Laud. commemorat. de die Octava Nativitatis.

LXXXIII.

1686. 4. *Mai.* Cum primum habita fuerit certa notitia de obitu alicuius Perſonæ cantari poterit Miſſa *de Requiem* etiam in Feſto dup. quod non ſit de pręcepto, nam in hoc uſu Miſſa prędicta erit differenda.

LXXXIV.

1686. 20. *Iul.* Off. Nominis B. M. V. occurrens in Feſto Exaltationis S. Crucis, vel in alio altioris ritus, aut dignitatis transferatur, non vero omittatur.

LXXXV.

1686. 20. *Iul.* Si plura ſint transferenda Feſta, quæ eadem die occurrunt, & quibus non convenit ratio maioris dignitatis attendatur in eorum repoſitione maior apparatus, & Populi concurſus ex quo vocatur etiam maior ſolemnitas ſuppoſito tamen quod ſint eiuſdem ritus.

LXXXVI.

1686. 5. *Oct.* Si in die Commemorat. Omn. Fidel. Defunctorum incidat alicubi Feſt. dup. min. etiam translatum Officium faciendum eſt de eo; Miſsæ vero celebrandæ de *Req.* excepta una Convent. de Sancto ubi ſuut plures Miſsæ.

LXXXVII.

1688. 16. *Apr.* Quando dicitur Orat. *A cunctis*, vel *Eccleſiæ* non eſt dicenda Oratio *contra Paganos*, vel alia huiuſmodi quia ſufficienter una continet quodet altera.

LXXXVIII.

1688. 22. *Sept.* In illa Eccleſia, ubi adeſt Capella, vel Altare *SS.* Roſarij poteſt celebrari Officium de eodem ſub ritu dup. mai.

LXXXIX.

1688. 25. *Sept.* Quando Feſt. S. Marci occurrit in Dom. in Miſs. de Rogat. poſt Proceſs. non dic. *Gloria*, neque *Credo*; quia eſt Miſsa Ferial.

XC.

1689. 24. *Iul.* Quando dicitur Collecta, vel Miſſa contra Paganos non poteſt mutari nomen Paganorum dicendo Turcarum, Hæreticorum, &c

LXXXXI.

1690. 11. *Febr.* In Sab. Sancto omnino prohibentur Miſsæ privatæ etiam poſt pulſationem Campanarum in quacumque Eccleſia, & Oratorio privato non obſtante contraria conſuetudine iuxta priſcam Eccleſiæ praxim.

LXXXXII.

1690. 11. *Mart.* Si Feſt. Annunciationis B. M. V. occurrerit in fer. 6. in Paraſceve, vel in Sab. Sancto transferatur eius Offic. una cum præcepto audiendi Miſsam, & vacandi ab operibus ſervilibus ad fer. 2. poſt Dom. in Albis, protracto ad aliam diem Feſto in ea occurrente niſi fuerit dup. 1. Claſs.

LXXXXIII.

1690. 11. *Mart.* In Patronorum, ſive Protectorum præcedentia ſervandus eſt Ordo Hierarchiæ Eccleſiaſticæ, & intra Ordinem Hierarchicum anterioritas in electione.

LXXXIV.

1690. 10. *Iun.* Tranſlato Feſto, in cuius die conceditur indulgentiam non transfertur etiam indulgentia niſi ex conceſſione ſpeciali.

LXXXXV.

1691. 11. *Aug.* Fer. 6 poſt Aſcenſ. fieri poteſt de Offic. ſemid. tranſlato.

LXXXXVI.

1691. 11. *Aug.* Quęcumque dies Octava B. M. V. debet habere integras utraſque Veſperas in concurſu cum feſto dup. min.

LXXXXVII.

1691. 19. *Oct.* De Sancto, cuius habetur Corpus, vel inſignis Reliquia non poteſt fieri Offic. niſi conſtet de idemtitate, & niſi reperiatur in Martirologio Roman. Reliquię vero poſſunt exponi ad Fidelium venerationem.

LXXXXVIII.

1692. 30. *Mart.* Offic. ad lib. poſſunt transferri in ſolum ſequentem diem dummodo non ſit impedita Feſto dup. vel ſemid. vel non habeatur reponendum aliquod Feſtum tranſlatum cuiuſcumque ritus.

LXXXXIX.

1692. 26. *Apr.* Si primæ Veſp. s. Martinæ impeditæ fuerint Feſto dup. vel Dom. Hymnus prop. Veſperarum uniatur Hymno Matutini, & ex duobus fiat unus ſub unica concluſione *A Nobis abigas.*

1692.

Digitized by Google

C.

1692. 17. *Mai.* A die 17. Decembr. incluſ. uſque ad Vigiliam Nativ. excluſ. fieri poteſt quodcumque Offic. 9. lect. ſive occurrens , ſive translatum.

CI.

1692, 13. *Sept.* Si Feſtum S. Ioſeph. venerit in Fer. 5. in Cęna Domini non ſolum ſervandum erit pręceptum vacandi ab operibus ſervilibus, ſed etiam præceptum audiendi Miſsam ; ideoque per Ordinarios Locorum acuratè providendum ut eo die aliquæ Miſsæ privatæ ante celebrationem ſolitæ Miſsæ Convent. non d ſint. Idem dicendum ſi Feſt. Anunciat. B. M. V. occurr. prædict. fer. 5.

CII.

1692. 13. *Sept.* In prædicto caſu s. Ioſeph. occurrentis in fer. 5. in Cæna Dom. antiquus mos Communionis Cleri in Miſsa ſolemni eiuſdem diei ſumma religione retentus nullatenus omittatur ob aliquarum Miſsarum celebrationem

CIII.

1693. 19. *Ian.* Offic. ad lib. occurrentia infra Oct. non privilegiatas etiam particulares alicuius Dięceſis, vel Religionis non ſunt celebranda, ſed omittenda.

1693.

CIV.

1693. 16. *Febr.* Si Feſtum de Septem Doloribus B. M. V. impediatur ab Officio altioris ritus, vel dignitatis transferatur in ſab. ſeq. non impeditum, & non ulterius.

1693. 21 *Febr.* Officium s. Margaritę Scotorum Reginæ quod celebrabatur die 8. Iulii ſub ritu ſemid. ad lib. nunc celebretur die 16. Iunii ſub ritu ſemid. de præcepto, & ideo in 3. lect. 2. Nocturni omittantur illa verba *cuius Feſtum, &c.*

CVI.

1694. 23. *Ian.* Cum Vig. s. Matthiæ Ap. occurrerit ultima die Baccanalium obſervetur eadem die jejunium, non vero anticipetur.

CVII.

1694. 27. *Mart.* Off. s. Ioan. de Matha celebrandum eſt ſub ritu dup. de præcepto.

CVIII.

1694. 15. *Mai.* Feſt. s. Felicis de Valois occurrentis die 20. Novembr. celebretur ſub ritu dup. de præcepto.

CIX.

1694. 4. *Sept.* Feſt s. Thomæ de Villanova quod celebratur die 18. Sept. ſub ritu ſemid. ad lib. celebretur quidem eadem die ſed ſub ritu dup. de præcepto.

CX.

1694. 2. *Oct.* Non eſt amplius celebrandum ſub ritu ſemid. Offic. s. Philippi Benitij, ſed ſub ritu dup. de præcepto.

CXI.

1694. 18. *Dec.* Ne in Eccleſia univerſali detur caſus, in quo Officia ad lib. celebrentur infra Octavas non amplius agatur die 4. Iulij de Feſto s. Eliſabeth Portugallis Reginæ ſub ritu ſemid. ad lib. infra Oct. Apoſtolor. ſed illius Offic. fiat in poſterum die 8. eiuſdem Menſis ſub ritu ſemid. de præcepto.

CXII

1695. 17. *Dec.* Sacerdos celebrans Miſſam Cantatam, ſeu Convent. in qua Chorus tenetur canere Symbolum Apoſtolorum illam proſequi non poteſt uſque ad Pręfationem eo tempore, quo à Choro cantatur prædictum Symbolum.

CXIII.

1696. 18. *Febr.* Extenditur ad Eccleſiam univerſalem Feſtum B. M. V. de Mercede celebrandum die 24. Sept. ſub ritu dup. de præcepco cum Orat. prop., & lectionibus Noct. At quia in Decreto non exprimitur ſufficienter ritus ideo intelligendus eſt de dup. min ut patet ex ſuperius dictis 1683. 20 Novemb.

1696.

CXIV.

1696. 18. *Febr.* Feſtum s. Ubaldi quod haċtenus celebratum eſt ſub ritu ſimplici poterit in poſterum celebrari ſub ritu ſemid. ad lib., & poſtremo fuit ſancitum ſub ritu eodem de pręcepto eſſe celebrandum.

CXV.

1696. 9. *Iun.* Off. s. Claræ V. occurrentis die 12. Auguſti habet modo in 2. Noċt. tres leċtiones proprias pro Eccleſia univerſali approbatas.

CXVI.

1696. 22. *Dec.* Non eſt transferendum in diem immediatè ſequentem Feſtum illud ante, cuius translationem habentur reponenda alia Officia translata prius eiuſdem ritus non obſtante Decreto edito ſub die 30. Sept. 1679. Quoad vero feſt. ſemid. in Dom. infr. Oċt. occurr. omnino ſervanda eſt Rubrica Generale Breviarij de Translatione Feſtorum cap. 10. n. 5.

CXVII.

1697. 27. *Apr.* In Vigil. Epiph. omnino prohibentur Miſsæ vot., privatæ, & Defunċt.

CXVIII.

1697. 21. *Aug.* Feſt. s. Andreæ Corſini quod celebrabatur ſub ritu ſemid. ad lib. modo celebretur ſub eodem ritu, ſed de præcepto.

1697.

CXIX.

1697. 31. *Aug.* Off. s. Alexij hactenus celebratum ritu ſemid. ad lib. nunc eſt ſemid. de præcepto.

CXX.

1698. 27. *Sept.* Si occurrerint, vel fuerint transferenda duo Feſta eiuſdem ritus, quæ unica die occurrebant quorum unum ſit univerſale, & alterum particulare alicuius Diœceſis, vel Religionis prius fiat de univerſali, deinde de particulari niſi obſtet ratio maioris dignitatis.

CXXI.

1698. 27. *Sept.* Veſp. ss. Angelor. Cuſtodum dividendæ ſunt à Capitulo ſi concurrant cum Feſto dup. min.

CXXII.

1701. 16. *Apr.* Off. s. Petri de Alcantara, quod celebrabatur ritu ſemid. celebretur in poſterum ſub ritu dup. de præcepto.

CXXIII.

1701. 2. *Aug.* In Paramentis nigris non eſt adminiſtranda Euchariſtia.

CXXIV.

1705. 20. *Ian.* In Expoſitione *SS.* Sacramenti ad ℣. *Panem de Cœlo* extra temp. Paſch. nunquam additur *Allel.* recedendo à Decreto edito 23. Febr. 1666.

L A U S. D E O.

Digitized by Google

Digitized by Google